



Conradus de Halberstat Germanus ordinem prædicatorum assumpsit, ut & literis uacare & diuinis rebus operam dare posset. erat enim insignis Theologus & Philosophus. Itaq; in utraq; facultate legendo & scribendo magnam laudem adeptus est. Cum autem eo tempore iuuentus nullo certo ordine in bonis studijs progrediretur, ipse ueram methodum & rationem compẽsiosam tradidit, quo pacto quis ad eruditionis culmẽ peruenire posset, atq; opus illud libris tribus comprehensum Summam studentium uocauit. postea etiam in plures Bibliorum libros commentarios edidit. Vt etiam Scripturarum locos Theologis familiariores redderet, primus omnium concordantias ueteris & noui Testamenti ordinauit. floruit sub Rodolpho Cæsare, anno millesimo ducentesimo nonagesimo. Trit.

familiariores redderet, primus omnium concordantias ueteris & noui Testamenti ordinauit. floruit sub Rodolpho Cæsare, anno millesimo ducentesimo nonagesimo. Trit.